





1959

1699 16^o

2. P. F. 2. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPUTATIO FEVDALIS XIV.

De

PERSONIS IV-
DICII FEVDALIS,

12

Quam

Cum Corollaris ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

IO. SAMVELE STRYKIO

I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XIV. Ian. A. O. R. M DC XCIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

CHRISTIANVS HERMANNVS *Meyer*
Osnabrug.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC, TYP.



GOTTHOFREDI ANTONII, IC
DISPUTATIO FEVDALLIS XIV.
De

PERSSONIS IV.
DICI FEVDALLIS.

Quam
Cum Gollartio ex Jure Publico
ad doctrinam Per-Bluffs Dr. de RHEX
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
P R E S I D E

IO. SAMUEL ESTRYKIO
I. V. D. & Professore Publ. Ordinario,

in XII. Tab. A. O. L. M. DC. LXX
Hic disputationi publice legitur

CHRISTIANVS HERMANNVS
Gessburg.

HALLÆ MAGDEBURGENSIS
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ERITLERI, AC. TYP.



COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. III.

I.

SVccessio Principum in territorium, vniuersalis quidem est iutuitu iurium territorio cohærentium, sed non iutuitu iurium personalium defuncti; nam & hic agnatus in territorium succedere, & allodium repudiare potest.

2. Legitimos per subsequens matrimonium, si aliud non obstat impedimentum, etiam in Principatum succedere, eo minus dubitandum, cum nulla lex Imperii obstat.

3. Agnatos iure feudali communi in infinitum succedere notum est: nec aliud obtinere puto in Principatibus, si modo ex communi stipite doceatur progressus. Verum, an necessum sit inuestituram petere, ante deuolutam successionem? controuertitur: & hoc nomine Principum Anhaltinorum ius successionis in Ducatum Saxo-Leoburgicum impugnatur. Nobis verior sententia est, quod non, cum ius feudale commune renouationem inuestituræ non exigat ante deuolutam successionem: Et leges quoque Imperii, quando ad ius Feudale protiocant, quod factum in *Declarat. Pac. Publ. de Ao. 1548. tit. 3.* ibi: *Was das Lehn-Recht vermag* / non particulare illud, seu Saxonicum, sed commune, seu Longobardicum indigitant, vnde etiam inuestituræ Imperiales secundum ius commune æstimandæ. Et quamvis vna alteraue Principalis Domus, etiam non deuoluta Successione, simultaneæ Inuestituræ in Aula Cæ-

sarea renouationem petere soleat, hoc tamen, cum abundantis cautelæ causa fiat, legem non inducit, nec vnus Domus obseruantia aliam de iure stringit.

4. Principes in contractibus iure priuatorum vti, & hinc pari nexu cum priuatis obligari, vulgata Dd. sententia est, quæ tamen merito ex salute publica temperamentum capit.

5. Obligatio ad obstagium, si commestationes absint, nihil illiciti continet.

6. Si locarium pro ædibus accipere fas est, etiam mercedem pro vsu pecuniæ, hoc est, vsuras stipulari, non erit nefas.

7. Ius concedendi indultum moratorium regalibus Principum adscribitur, sed cautionis exactio, de debito post finitas inducias soluendo, male omittitur.

8. Pacta Principum cum Statibus prouincialibus valida sunt, non tantum quæ religionem concernunt, per *Instrum. Pac. Artic. 7.* sed et si causas mere ciuiles respiciunt. Sed quid proderit hæc in comitiis confirmari? Exemplum occurrit in *Rec. Imp. de A. 1654. ibi. des Fürstl. Hauses Anhalt/u. ihrer Landschafft / Resp.* Vt effectus se etiam ad non subditos extendat, & Camera in pronuncian- do eo accuratius illa obseruet.

9. An ergo subsistent etiam pacta cum Statibus Prouincialibus, iuri communi derogantia? Affirmo, sed non in præiudicium extraneorum.

10. Principem ex facto sui ministri, secundum instructionis legem gesto, obligari, expeditum est: Sed negligentiam ministri in non obseruandis iuribus sui Principis huic nocere, iniquissima opinio est. Quod enim contra voluntatem Principis minister facit, non magis illum obligare poterit, quam procuratoris delictum principali, vel filii negligentia patri. Alia tamē ratio est, si Princeps malorū & otiosorum ministrorū opera sciens vtatur.



DISPUTATIO FEVDALIS XIV
DE PERSONIS IVDICII FEVDALIS.

THESIS PRIMA.

Personæ iudicii feudalis, vt & alterius cuiusuis, partim sunt principales, partim accessorix. Principales: iudex tum primus, tum appellationis; & litigantes. Iudices feudales sunt dominus & pares curiæ *a*. Dominus *b*, quando ratione feudi *c* inter duos vafallos *d* lis & controversia est suborta *e*.

a) Et quidem ordinarii, quippe qui iurisdictionem ab ipsa lege habent, *l. 1. §. præterea, de prob. feud. alien. per Frider.* talis autem ordinaria est, vt tradunt interpp. *in l. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. Vult. 1. Iurisprud. Rom. 12. n. 18. cum seqq. Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 3. nu. 79. Andr. Knich. in tr. de subl. & reg. terr. iur. c. 1. nu. 196. cum seq.* Dicitur autem hec iurisdicção ordinaria respectu ipsius feudi, rerumque feudaliū: alioqui quoad res allodiales & ius commune, extraordinaria non immeritò appellari potest, *Schr. d. loc.*

b) Ita sane si præsens sit: absente vero vel defuncto domino, vices eius gerens vel sustinens hoc in casu iurisdictionis & imperii frana moderabitur; modo simpliciter & absolute sine vlla limitatione ac restrictione constitutus sit, vt in simili concludit *Ifern. in d. c. 1 in pr. de prob. feud. al. per Frid. Iacobin. in verb. vicariusq; perpetuus, num. 8. Schrad. d. p. 10. sect. 4. num. 50.* Sic hodie vacante Romano Imperio, loco Imperatoris, de feudis cognoscit in partibus Rheni, Sueviæ & Franconiæ, Comes Palatinus: In partibus vero illis, vbi ius Saxonicum viget, ipse Dux Saxonix de feudis cognitionem habet. Exceptis feudis regalibus, quæ sunt de reseruatis ipsius Imperatoris futuri, prout hæc in *Aur. Bull. Car. IV. sub tit. de iure Com. Palatin. & Ducis Sax.* expresse & diserte probantur. [Consentit *Struv. c. 16. th. 5. n. 4.* sed re-ctius dissentire videtur *Itterus c. 25. §. 19. Schweder. P. Spec. S. 1. c. 33. §. 7. Carpz. de L. Reg. c. 11. S. 15. n. 8.* Nam & A. B. de inuestitura publica agit, non de iurisdictione, quæ vicariis generaliter concessa, vt sic specialis lex quæ exceptionem expresse continet producenda sit. Nec *Ord. Cam. P. 2. tit. 7. de Vicariis* agit, sed de iudicio Camerae.] Perfricta igitur fronte hanc potestatem Papa Rom. sibi adscribit prout prolixè ostendit *Brut. Fulm. sub t. crim. ma-iest. &*

iest. & ex CC. adstipulantur, Cardin. Zabar. & Felin. in *c. licet*, lex suscepto. extr. de for. compet. Accedit Vasqu. i. illustr. quæst. 22. num. 1. 2. & 3. Schrad. sect. 1. n. 55. & sect. 3. n. 172. Rosenth. d. concl. 5. n. 2. [Add. Itterus dict. l. §. 20. Conring. de Iudic. Reip. German. th. 55. seqq.] Diss. Bartol. & Imol. in l. 1. §. denique. ff. de aq. plu. arc. Bald. in sua margar. verb. imperium. Ias. in l. 3. n. 21. ff. de iurisd. Dec. in *c. nouit. extr. de iudic.* Præterea domino in pupillari ætate existente, mente capto, vel furioso, tutor eius nomine vel curator, iudicis partes sustinebit, *c. grandib. extr. de supplem. negl. prel. lib. 6. arg. l. quidam consulebat, 57. ff. de re iudic. vbi Dd. Schrad. sect. 4. n. 54. & seq. Ros. d. concl. 5. n. 4.* Sed quid, si dominus minorennis sit? Eo casu ipsum iudicii præsidem esse posse, modo 18 compleuerit annum, non dubitamus, *arg. d. c. 1. de prob. al. feud. per Frid. iunct. d. l. quidam consulebat, de re iud. facit egregie quod Aur. Bull. Car. IV. eo anno completo minor electoratum administrare possit, Bart. in d. l. quidam consulebat, num. 13. Schrad. d. sect. 4. n. 57. & sect. 7. n. 36. Rosenth. d. concl. 3. num. 5. frustra resistentibus Roman. & Ias. in l. fin. C. de mil. testam. Felin. in *c. cum vigesimum, n. 3. de offic. iud. deleg. Tiraq. de iure primogen. qu. 40. n. 207. Gomez. 3. variar. resol. 1. num. 56.* adde etiam quæ scribit Donell. 17. comm. 24. Quid si plures sint domini? omnibus simul iudicandi munus deferimus. *arg. l. 37. & 39. de re iudic. Zas. ibid. ita vt de iure ciuili omnes simul sententiam ferre & pronunciare debeant, l. cum magistratus, C. quando prouoc. non est necess. (quamuis per vnum de iure Canonico & consuetudine id fieri possit. c. cum ab vno, de re iud. in 6.) l. Pomponius, 36. d. l. 37. & 39. vbi Duaren. & Donell. ff. de re iud. & in terminis. Schrad. d. sect. 1. n. 186. & sect. 5. n. 32. Rosenth. concl. 3. n. 48. & 49. Quid si foemina feudum obtineat? nec eam ab hoc iure superioritatis arcendam esse, concludimus, maxime si sit præcellens, & animi ingeniique dotes sexus imbecillitatem suppleant, per text. in *c. delicti, extr. de arbitr. c. significauit de rescript. Aluarot. & Matth. de Afflict. in c. 1. §. foeminam, per quos fiat invest. Schrad. d. sect. 1. num. 5. vid. etiam sect. 3. nu. 150. cum seqq. [vid. Ludw. in Syn. p. 340.] Diss. Connan. 1. comm. iur. ciu. 8. Hier. Franc. Duar. in d. l. 2. de reg. iur. num. 16.***

c) Hoc est, quando quæstio est ex lege & contractu feudali, quis potior sit in iure feudi, seu de parte feudi, aut finibus eius, Duaren. de feud. t. 20. n. 2. Vult. d. c. 2. n. 39. Rosenth. concl. 2. n. 3. (quamuis quoad postremum, nempe si de finibus contentio sit, Wesemb. in contraria sit sententia, de feu. c. 17. n. 16.) & actio tendit vel ad priuationem, seu acquisitionem feudi constituti, eiusue effecta concernit. Mynsing. 1. obs. 99. Wurms. 2. obs. 21. n. 1. & obs.

36. per

36. per tot. Schrad. *sect. 6. n. 31. cum seqq. & n. 109.* vid. tamen Rosenth. *c. 12. concl. 12. n. III.* Idque verum siue feudum proprium sit, siue francum, aut aliud improprium, *arg. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* Menoch. *rem. retin. 3. n. 406. cum seq.* Rosenth. *d. concl. 1. n. 39.* Diss. Iacobin. *in d. verb. & dicti vasalli, n. 32.* Bald. *in l. 1. n. 5. C. si a non comp. iud.* Dec. *in d. ceterum, extr. de iud.* Obtinet etiam regulariter, siue actio personalis, siue realis, siue mixta, aut in rem scripta, vel deniq; aliud remedium intentetur, modo ex lege & obligatione feudali instituat, Schr. *d. sect. 1. n. 68.* Ros. *d. con. 12. n. 90. seq.* Siue vasallus domiciliū habeat in eo loco, in quo dominus feudi ius dicit, nec ne: siue actus, cuius ratione vasallus conuenitur, sit celebratus in territorio domini, siue alibi: Causa enim, non locus, non persona, non actionis genus hanc iurisdictionem tribuant. Schr. *d. sect. 1. n. 12.* Hoc inter FF. non conuenit, coram quo iudice possessorium domino, vel vasallis, competens instituendum sit, vtrum coram loci ordinario, an vero iudice feudali? Prius, vt in Camera Imperiali iudicando comprobatur, in iudiciis merito praeualebit, lateque defenditur a Rosenth. *d. concl. 12. a n. 53. vsq; ad num. 90.* nos autem exercitii gratia posterius tueri conabimur cum Curt. *iun. p. 7. n. 24.* Zas. *part. II. n. 2.* Hanneton. *4. feud. 2. Duar. d. c. 20. num. 7.* Borcholt. *num. 18.* Menoch. *remed. retin. 3. n. 377. & 422. cum seqq.* Pisior. *1. qu. 15. n. 28.* Schrad. *p. 10. sect. 5. n. III.* [quæ & verior sententia est Struv. *c. 16. th. 4. nu. 2. 3. & 4.* vbi ad dubia respondet Ludw. *p. 400.* Hinc nec Cameram super possessionem rei feudalis iudicare posse, docet Itterus *d. c. 25. §. 5.*]

d) Siue sint clerici, siue laici, per text. express. *in c. ex transmissa, de for. compet.* Aluarot. & alii. *in c. 4. apud quem vel quos, & c.* Curt. *d. p. 7. num. 15.* Mozz. *de nat. feud. num. 120. & seqq.* Hanneton. *4. feud. 2. Duar. d. c. 10. n. 2.* Sonsbec. *p. 14. n. 20.* Borch. *d. c. 10. n. 21. cum seqq.* Vult. *d. c. 2. n. 23.* Schrad. *d. sect. 1. num. 2.* Gail. *1. obs. 37. n. 3.* Wurmser. *2. obs. 4. n. 9.* Ros. *d. concl. 1. n. 10.* [Idem in feudis Imperii Itterus *d. l. §. 4.*] Diss. Iacobin. *in d. verb. & dicti vasalli, n. 3.* qui in secreto iuris contrariam veriore recenset, Barbat. *in d. c. ceterum, de for. compet.* Neque sane distinctio facienda, coactus an sponte dominus vasallum inuestierit; veluti, si prius dominus denegauerit inuestituram, propterea non est postea tanquam suspectus recusandus, si inter istum vasallum & alium controuersia oriatur, Borch. *d. c. 10. n. 19.* Vult. *d. c. 2. num. 12.* Dec. *in d. c. ceterum, n. 12.* & Menoch. *3. retinend. n. 391.* Diss. Curt. *d. p. 7. n. 10.* Felin. *in d. c. ceterum, II. 12. in fin.* Bald. *in c. 1. §. si que controuersia, in f. de pac. Constant. add. quæ scribit Schrad. d. sect. 2. n. 33.* [Horum dissentientium

entium opinionem cum Rosenthalio *c.12. concl. 2. n. 40.* amplectitur Ludw *p.399.* Quam & nos defendemus.] De viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis quid statuendum? Eas pro arbitrio posse adire, vel dominum feudi, vel ordinarium loci, communiter censent Dd. *arg. l. vn. C. quando imper. inter pupill. & vid. c. regum. 23. qu. 5. c. 81. dist. 81. Curt. d. p. 7. n. 12. Sonsb. d. p. 14. n. 28. Borch. d. c. 10. n. 26. Ros. d. conclus. 1. n. 17. cum seq.* Vfus tamen, & si penitius etiam res introspectiatur, etiam ipsa rei veritas, reclamatur; facit quod supra de clericis dictum est, & quod th. seq. de militibus Phœbeis dicetur, Vult. *d. c. 2. n. 22.* & elegantissime sane in expositione *d. l. vn. C. quando Imp. num. 17. cum seqq.* [Dissentit Ludwell. *pag. 403.* qui tamen fatetur Autoris sententiam, statui presentis Imperii nostri esse conuenientiore.] Vnde etiam quibus iure ciuili id priuilegium competat, frustra reluctantibus & obnitentibus aliis, hauriendum, add. Gail. *1. obs. 1. n. 40. Schrad. d. sect. 1. n. 208. & sect. 2. n. 40.* quamuis sibi contrarius videatur *sect. 6. n. 219.* aut saltem ex ore practantium loquatur.

c) *d. c. 1. de prob. al feud. per Frid. iunct. c. 1. de inuest. in mar. fact. & c. 1. an apud iud. vel cur. dom. & in c. 1. apud quos vel quem contr. feud. d. c. ceterum,* ibique Innocent. Bald. Butr. Panorm. Felin. Dec. *extr. de iud. Wesenb. d. c. 17. Sonsbec. p. 13. n. 1. Schrad. d. sect. 1. n. 1. Vult. d. c. 2. n. 2. Rosenth. d. concl. 1. n. 6.* [Tenetur tamen Dominus adhibere pares curiæ *1. F. 18. 2. F. 15. in f.* Etiam si feuda regalia sint, quæ a summo Principe v.g. Rege, Imp. accepta. Non obstante textu *2. F. 18.* ad quem respondet Bitsch. *in Comment. ibid.* & Dn. Horn. *Exerc. feud. vlt. th. 24.* Diss. Struv. *d. c. 16. th. 5. n. 1.* An vero in feudis Imp. Imperator solus iudicare possit, sine consensu Statuum? ardua & vexata quæstio est. Nos Ittero subscribimus, qui *cap. 25. §. 8. & seq.* rem, collatis vtrinque rationibus, accurate satis definiunt.]

II.

Eodem modo si lis vel controuersia inter dominum *a,* & vasallum ratione feudi *b* incidat, pares curiæ *c* iudices esse censentur *d.*

a) Etiam tunc quando dominus superiorem non recognoscit, *text. in c. 1. §. sententiæ quoq; vers. & si qua controuersia, de pac. Constant. Myns. 4. obs. 89. Schrad. d. sect. 5. n. 22. Vult. d. c. 2. n. 23. Borcholt. c. 10. n. 6. Wesenb. d. c. 17. n. 5.* & ante ipsos Aluarot. *in d. c. apud quem vel quos.* [Ludw. *p. 406.*] Diss. Præpos. *in d. c. 1. n. 1. de inuest. in mar. fact. Laudens. in d. c. apud quem vel quos, n. 8. Curt. iun. n. 1. qu. 8. n. 25.* Eo casu simpliciter domino cognitionem tribuentes. Aliter. Dec. *in d. c. ceterum. extr. de iudic. n. 12. vers. sed in con-*

in contrarium, Menoch. rem. recup. 3. nu. 346. qui paribus curiæ cognitionem deferunt non de necessitate, sed tantum de honestate. Neque refert pares curiæ forte sint homines priuati, nullam iurisdictionem habentes, & dominus, vasallusue, sit magistratus, Schrad. d. p. 10. sect. 5. num. 3. Neque an talis dominus, superiorem scilicet non recognoscens, in feudi loco præfens sit nec ne, Schrader. d. sect. 5. n. 25. & seq. vid. etiam eundem, d. sect. 1. nu. 21. & 46. & 5. & sect. 4. n. 78. Ros. d. concl. 2. n. 3. Ardizon. d. c. 138. Diff. Curt. iun. p. 1. n. 25. & seq. q. 8. Schneid. de feud. c. 9. p. 1. n. 21. & seq. Gozadin. cons. 1. n. 27. Brun. consil. 45. vide etiam Schoner. disp. feud. 2. th. 54. lib. 2. Quid si dominus vasallusue, aut etiam vterque cœtui studiosorum annumeretur, anæ per auth. habita, C. ne fil. pro patr. vel pater, & c. tunc causa feudalis ad Scholæ Rectorem vel loci Episcopum remittenda, & coram iis ventilanda? Negatiuæ calculum adiicimus, per ea, quæ supr. de clericis, item de pupillis, viduis & miserabilibus personis dicta sunt, Schrad. d. sect. 5. n. 16. & n. 192. & d. sect. 1. n. 10. Rosent. concl. 3. n. 75. Huc etiam casum referimus, si alter litigantium dicat feudum nouum, alter dicat esse antiquum; Dominus sane, qui de euictione tenetur, non cognoscet ipse, sed pares curiæ, Schr. d. sect. 2. num. 13. cum seqq. Sed quid si dominus non teneatur de euictione, num coram ipso hoc casu causa tractabitur? Et cum verisimile sit, dominum contra factum, hoc est, nouam inuestituram non facile quicquam esse facturum, idem cum communiori Dd. sententia statuimus, Vult. d. c. 2. n. 18. adde Schrad. d. sect. 2. n. 24.

b) per adducta supra in th. preced. sub lit d. Quibus hanc quæstionem adiungere placet, an etiam iure reconventionis alia causa, quam feudalis apud pares curiæ ventilari possit? Negatiuæ tanquam veriori subscribimus: nisi indiuisibili quodam nexu causa illa allodialis feudali sit vnita & annexa. Nam eo casu merito fruitur iisdem priuilegiis, quæ indulta sunt ei causæ, cui coniuncta est, l. si communem, 10 in pr. ff. quemadm. seruo. amitt. l. si quis ex argentariis, 6. §. 1. & ibi Dd. ff. de edend. optime per I. I. C. de ordin. iudic. arg. l. solemus, §. latrunculator, ff. de iudic. Ant. de Butr. & Innocen. in d. c. ceterum, extr. de iudic. Sonsbec. p. 14. n. 38. Wesenb. d. c. 17 n. 9. Myns. obs. 9. Vult. 2. feud. 3. n. 9. Schrad. d. sect. 1. n. 124. Rosenthal. conclus. 5. num. 33. cum seqq. cum connexorum idem sit iudicium, per ea quæ tradit Gail. l. 1. obs. 35. num. 10. Diff. Mozz. de nat. feud. n. 114. vers. an vero coram. Gail. 1. obs. 1. n. 57. Wurmbf. d. obs. 21. in f. sequuti gl. & Aluar. in c. 1. §. 1. de contr. feud. apud. par. term.

c) Qui ita dicti sunt a paritate fidelitatis, seu quod pares sint inter se in eo, quod ipsorum res feudales unius domini territorio & curiæ sub-
sint, Duar. *de feud. c. 7. Sonsb. p. 2. n. 2.* Schrad. *7. n. 16.* Vult. *1. feud. 7. num. 25.* Diff. Innoc. Panorm. Bald. Zabarell. Imol. *in d. c. cæterum, extr. de iudic.* putantes eos sic dictos a paritate status, qualitatis & dignitatis, vel quod similia & paria feuda habeant & possideant. Aliter Hostiens. Bellamer. & alii *in d. c. cæterum*, pares curiæ ita dictos, quod a partibus pariter eligantur tradentes. [Conf. Ludwel. *p. 142. seq.*] Vnde liquet vanum esse eorum argumentandi genus, qui ex Etymologia, seu notatione parium deducere & probare conantur, pares curiæ ad iudicandi munus non admitti, nisi sint cum litigantibus eiusdem qualitatis, potestatis & status; hoc est, si vasallus cum quo lis vertitur, sit Comes, pares iudices etiam Comites; si Baro, pares etiam Barones esse oportere. Textus enim feudales simpliciter sine vlla distinctione loquuntur, neque differentiam faciunt inter Pares inferioris & superioris conditionis & status; huc quoque facit, quod inferior iudex possit inter reum & actorem maioris dignitatis, iure communi iudicare, per *l. est receptum, ff. de iurisd. omn. iud.* & quæ ab interpp. ibi traduntur Curt. iun. *d. p. 7. n. 34.* Borcholt. *c. 10. n. 7.* Mynsing. *4. obs. 89.* Schrad. *d. sect. 7. n. 40. cum seqq.* Rosenth. *d. concl. 3. n. 26. cum seq.* Vult. *d. c. 2. num. 24.* [Struv. *c. 16. tb. 6. n. 2.*] Diff. Hanneton. *d. lib. 4. c. 2. vers. pares autem curiæ.* Goeden, *conf. 26. n. 1. & seqq. libr. 2. & consil. 2. n. 33. lib. 4. Wurmbser. d. obs. 21. num. 5.*

d) *d. c. 1. in fin. de prohib. alien. feud. per Frid. c. 1. §. si inter de alien. feud. patern. & c. 1. de feud. sine culpa non amitt. & c. 1. §. fin. quo temp. mil. & d. c. 1. de contr. feud. apud par. term.* Hanc regulam tradunt post alios Schrad. *d. sect. 5. cum seqq.* Ros. *d. concl. 3.* Vult. *d. c. 2. n. 23.* Borch. *c. 10. n. 5.* Mynsing, *1. obs. 99. & 5. obs. 75.* Mozz. *de nat. feud. n. 113.* [Ita & in Imperio nostro si lis inter Imperatorem qua Dominum feudi & Vasallum oritur: iudicare debent Pares Curiae. Itterus *c. ult. §. 16. & 17.* Struv. *d. l. num. 5.*]

III.

Iudicabit autem tota curia, siue pares omnes *a*, nisi domino & vasallo contendentibus aliter placuerit; quo casu vtriusq; *b* electio est; sed in eligendo prior est dominus *c*. In arbitrio igitur eius est, quot pares eligi & cognoscere debeant *d*. Et hi nolentes iudicis officium subire

subire tenentur, legitimeque ad hoc compelli & cogi possunt, e.

a) per ea quæ *supr. th. 1. sub. lit. b. vers. quid si plures* dicta sunt. Penes totam enim Curiam collectiue, siue omnes vasallos complexiue iurisdic-tio hæc consistit, *Schr. sect. 6. n. 209. & sect. 8. nu. 22. & seq. quest. 10. & sect. 12. n. 134. Rosent. concl. 4. num. 54. Vult. d. c. 2. num. 25. [Ludw. p. 404 Struv. d. th. 6. n. 3.]*

b) Iniqui enim esset exempli alterutri horum electionem deferre & committere, *arg. l. obseruandum, 47. ff. de iudic.* cum ille sine dubio eos esset electurus iudices, per quos se victoriâ potiturum speraret. Huiusmodi autem exempla adeò non admittenda, vt etiam quoad eius fieri potest ipsis occurrendum sit, *arg. l. si quis, 38. §. qui abortionis, 5. ff. de pæn.* tam etiam expressi textus feudales hoc fieri vetant, vt est *in c. 1. si contr. fuer. inter. dom. & agnat. d. c. 1. de contr. apud par. term.* vbi Iser. Præpos. & vulgo Dd. Gail. 2. *obs. 34.* Et quidem hoc in tantum procedit, vt ne quidem consuetudine illud introduci possit, *Zaf. p. 11. num. 12. in fin. & seqq. Borch. d. c. 10. num. 1. Gail. d. obs. 34. Rosenth. concl. 6. num. 14. Diss. vulgò Dd. in d. c. ceterum, de iudic. Schoner. d. disp. 2. th. 42. libr. 2. Hart. Hartm. lib. 7. obs. tit. de feud. 54. obs. 22. Schrad. d. sect. 6. n. 141. [Pacto tamen inuestiturae caueri potest, vt solus Dominus eligat. Ludw. p. 405. Vt ita videatur rectius statuere eos, qui & consuetudinem admittunt.]* Si tamen alter eorum, siue dominus, siue vasallus, per contumaciam eligere cessauerit, alter id solus expedire poterit: *[Struv. d. c. 16. th. 6. n. 3. Ludw. p. 404.]* quia facultas duobus regulariter concessa, propter contumaciam vnus ad alterum solum deuoluitur, *l. si legatario, 22. §. a duobus, ff. de fideicom. libert. Schrad. sect. 8. num. 121. Rosenth. d. conclus. 6. num. 22. & 28. Vult. n. 17. Diss. Matth. de Affict. in d. c. 1. de contr. apud par. term. num. 21. contumaciam vt eligat captis pignoribus coerceri & compelli posse existimans Diss. aliter Dec. in d. c. ceterum, num. 14. eo casu potestatem eligendi ad totam curiam deferens. Vnicam verò requisitionem ad hoc, vt in mora & contumax quis constituatur, sufficere arbitramur: *Rosenth. d. conclus. 8. num. 8. & in simili traditur in ordin. Cam. p. 2. c. 5. Mynsing. 1. obs. 91. cum in extraiudicialibus ad constituendum aliquem in mora, vnica interpellatio sufficiat, arg. l. Titia, 89. §. 1. vers. quam sufficit semel interuenisse, ff. de legat. 2. & l. 1. §. vlt. ff. de act. empt. l. 1. ff. de dot. præleg. c. eum qui certus, de reg. iur. in 6. Bart. in l. Roma, 122. §. Seia, n. 4. ff. de verbor. oblig.**

Iason. *ibid.* n. 26. Goedd. *in tractat. de contrah. & committen. stipul.* c. II. n. 66. quamvis id neget Costal. *ad l. mora* 32. *vers. & non sufficit.* ff. *de usur.* Corraf. 2. *miscell.* 6.

c) *text. est in d. c. 1. & ibi commun. FF. de contr. apud par. term.* Borch. *d. c. 10. n. 10.* Vult. *d. c. 2. num. 25.* [Ita tamen, ut vasallo non adimatur facultas ex iusta causa, aliquem a Domino electum tanquam suspectum recusandi.]

d) Quid si vasallus actor sit, nec velit quosdam ex partibus, sed totam curiam iudicare; dominus vero reus contrarium, nempe non omnes pares iudicare, malit? communis interpp. schola voluntatem domini attendam esse statuit, *per d. c. 1. verb. apud. quem vel quos voluerit, & ibi, secundum numerum a domino approbatum;* facit etiam, quod vasallo plures pares non liceat eligere, quam dominus elegit, Schrad. *sect. 9. num. 150.* Rosenth. *d. c. 6. lit. b. in marg.* Denique id probatur exinde, quod lex simpliciter loquitur, neque vllâ distinctione utitur, siue vasallus actor sit, siue reus, siue malit omnes pares iudicare, siue ex iis quosdam, *fac. l. 12. ff. de iud. l. 8. de publ. in rem act.* Diff. Rosenthal. *d. c. 6. num. 7.* vasallo actori hoc tribuens, ut possit pro arbitrio totam curiam ad iudicandum euocare. Aliiter alii quos apud Schrader. & Rosenth. videre licet.

e) *per l. fin. §. iudicandi: & l. si quis magistratus, ff. de mun. & honor. c. irrefragabili, & c. significat, de iudic.* Ita scilicet, ut si dominus eos cogendi potestatem habeat, per ipsum fiat; sin minus, per loci superiorem & ordinarium. Dd. communiter *in d. c. 1. de prohib. alien. feudi per Frider. in d. e. 1. de contr. apud. par. term.* [Ludwel. p. 406.] Diff. Gloss. Beluif. Aluarot. Laud. *in d. c. 1. an apud iud. vel cur. dom.* Zas. p. II. num. 20. Wurmbser. *d. observ. 21. & 22.* Iul. Clar. *de feud. quest. 90. vers. sed an isti pares.* & confirmatur eadem hæc sententia a differ. iur. civ. & Saxon. p. 2. *diff. 61.* qui omnes statuunt, eo casu tantum pares inuitos cogi posse, si semel electionem acceptarint, aut cognoscere cœperint, alias non item.

IV.

Quid igitur, an huiusmodi pares electi nouum iuramentum præstare tenentur? Multum sane de hoc ambigunt FF. dum alii indistincte id requirunt *a*, alii indistincte reprobant *b*. Nos, illud ex forma fidelitatis omnino petendum & decidendum esse existimamus *c*. An idem in domino

mino obtinet? Eum a p̄tatione corporalis iuramenti liberum iudicamus d.

a) Præpos. in d. §. pen. de prohib. alien. feud. per Fridr. Hanneton. de feud. lib. 4. c. 2. in fin. Schr. sect. II. q. 38. n. 105. & seqq. idque propterea, quod iure communi ab omnibus iudicibus iuramentum tale exigitur, *l. rem non nouam*, 14. C. de iudic. neque id in feudis mutatum reperitur, *fac c. i. §. strenuus*, de feud. cogn. iunct. c. 1. de form. fid. & seq. [Idem in terris Saxonie praticari tradit Coler. Dec. 294. n. 3.]

b) Schenck. Baro in d. c. 1. de contr. feud. apud par. term. Zaf. in epit. feud. p. 7. num. 16. Borchol. d. c. 10 n. 37. Mynf. 4. obs. 89. & ante ipsos Odo-fred. in sua summa, in tit. qui possint de feud. cogn. vers. item quero num- quid isti pares. Andr. de HERN. in de c. 1. de contract. feudal. apud par. termin.

c) Ita, vt si pares in ea iurarunt, etiam se ius & iustitiam recte & fideliter administraturos (vti fieri plerumque hodiernis moribus testatur Wurmbf. d. obs. 21. in fin. & Vult. d. c. 2. num. 29.) nouum ab ipsis iura- mentum exigere opus non sit, neque debeat; [Vid. Struy. d. th. 6. num. 4.] si vero simpliciter fidelitatis iuramentum præstiterunt, nulla de iuste & recte iudicando facta mentione, quale in d. c. 1. de form. fidel. & c. seq. de- scribitur, & quale Episcopi Romanæ Ecclesiæ præstare solent, ex c. ego N. Episcopus. extr. de iureiur. multisque aliis in locis præstari de consuetu- dine testatur, Rosenth. d. concl. 5. n. 20. & qualem formam iuramenti no- bis proponit Vult. 1. feud. 7. n. 20. Eo casu de nouo exigere, & a paribus præstandum esse, putamus. Vtraque siquidem pars interpp. fundamen- tum suæ assertionis vt detur ponere in facto, nempe quod idem iuramen- tum contineatur & præstetur iuramento fidelitatis; & non contineatur. Ab hac sententia non alienus est, etsi verbis videatur dissentire, Rosenth. d. concl. 5. n. 20. [item Ludw. p. 405.]

d) Quia eius fides vtrique parti probata est; neque decet quicquam sinistre de domino suspicari; talis autem iudex, cuius vtraque pars inte- gritatem approbat, hoc iuramenti onere non grauetur, per ea quæ notat Bart. in l. Lucius, 25. in fin. ff. de fideiuss. Schrader. d. sect. 3. num. 73. & fac. quod dominus cum vasallo litigans non tenetur iuramentum calumniæ subire, vti nec vasallus, c. 1. §. in quibus, de consuetud. recti feud. Vult. libr. 2. feud. c. 3. n. 6. Schr. d. sect. 5. n. 71. & seqq. Ros. d. concl. 5. n. 8. cum seqq. item, quod dominus iuramentum fidelitatis corporaliter vasallo non præ- stet, vti vasallus domino tenetur Vult. 1. feud. 10. n. 37.

V. Cæ-

V.
Cæterum casus permulti suboriuntur, quibus non
attenta iurisdictione domini ordinaria, ad superiorem,
loci *a*, vel ad arbitrum *b* in controuersis feudalibus i-
tur. Sic etiam casus existunt, quibus non coram pari-
bus, sed itidem coram ordinario loci vel arbitro lis ter-
minanda est *c*.

a) Veluti si vasallus neget se vasallum esse: cum nemo possit esse iu-
dex in causa illa, in qua controuertitur id, quod est litis fundamentum, *ar-
gum. l. 1. C. Ne quis in sua caus.* Curt. iun. *d. p. 7. n. 27.* Borcholt. *d. c. 10. num. 3.*
Schrader. *sect. 2. n. 22. & 62.* Rosenth. *d. concl. 2. n. 8. & concl. 4. num. 9. cum seqq.*
Gail. *2. obs. 156. n. 2.* Vult. *d. c. 2. n. 14.* Nec quicquam differentiae introducit,
sitne quaestio, an res feudalis, principalis, vel an incidens, aut accidentalis,
prout eleganter hoc deducit Rosenth. *d. concl. 4. n. 11.* Diss. Bald. *in d. c. 1. §.*
praeterea, de prohib. feud. alien. per Frider. n. 11. & ibid. Præpos. n. 9. & n. 11.
& Aluarot. *n. 10.* Schrader. *d. sect. 6. n. 135.* Neque an actor vel reus rem feuda-
lem esse neget, ut idem Rosenth. probat *in d. conclus. 4. n. 9. & n. 30. vsq. ad*
n. 41. & conclus. 2. n. 12. inf. Wurmbf. *d. obs. 21. n. 9.* Sonsbec. *p. 14. n. 31.* nisi
constet manifesto negantem ex alia re vasallum esse. Rosenth. *d. concl. 4.*
num. 38. & 41. vers. concedo tamen, cum seqq. adde Cuiac. *in c. 1. si inter fidel.*
& dom. fuer. quest. [Struv. *d. c. 16. th. 7. n. 1. & 2.* Add. Ludw. *p. 408. seqq.* ubi
plures casus recenset.] Sic coram ordinario loci feudalis causa ventilatur,
si vasalli diuersorum dominorum sint, *d. c. 1. de inu. in mar. fact. c. 1. in pr.*
de leg. Corr. c. 1. §. 2. vers. si tres, de pac. tenend. & eius viol. Ardiz. *in summ.*
d. c. 38. Caccialup. *obseru. feud. c. ult. n. 3.* Schrader. *d. sect. 2. n. 28. & sect. 6.*
n. 141. Rosenth. *d. concl. 4. n. 11.* Vult. *d. c. 2. n. 16.* Idem est si vterque nouum
feudum contendat, sibi que a domino datum, *d. c. 1. §. si autem inter. de leg.*
corr. ad. Gl. Aluarot. Præpos. Schenck. *ibid.* Curt. *d. p. 7. n. 5.* Schneid. *d. p. 1.*
c. 9. n. 7. Mozz. *de nat. feud. n. 111.* Rosenth. *d. concl. 2. n. 19. & 25.* Diss. Schoner.
p. 14. n. 7. versic. secundo si controuertentes duo Schrader. *d. sect. 2. n. 7.* indistin-
cte disceptationem, siue vterque nouum esse feudum, siue antiquum con-
tendat, ad tribunal domini teuocantes. [Quorum sententia quoque ve-
rior & rationi iuris feudalis conuenientior videtur. vid. sup. *th. I. lit. c.*] Item,
si dominus iustitiam administrare detrectet ex capite denegatae iustitiae ad
iudicem ordinarium loci cognitio deuoluitur, *per cap. 1. de mil. vasall. qui*
cum est, c. ex transmissa, & c. licet ex parte B. & c. ex tenore. extr. de for. com-
pet.

pet. Nov. 17. c. 3. *auth. statuimus. C. de Episc. & cleric. Vult. d. c. n. 20.* Schrad. *d. sect. 4. n. 119. cum seqq.* Gail. *1. obs. 1. n. 21. & obs. 28. per tot.* Mynsing. *2. obs. 24. & obs. 74. & cent. 3. obs. 57. & cent. 5. obs. 82.* [Imo magis iudex feudalis superior, ad quem causa per appellationem deuoluenda, ad eundem, uti recte Struv. *d. th. 7. n. 4.*] Multo magis lis inter duos vasallos orta coram loci ordinario agitanda, si ea non ratione & respectu rerum feudalium, sed allodialium sit, per ea quæ *supr. th. 1. lit. c.* latius deducta reperiuntur.

b) *d. c. 1. in pr. vers. sic autem, de leg. corra. c. 1. an apud iud. vel cur. c. 1. de inuest. in mar. fact. c. 1. §. si vasallus, si de feud. def. c. 1. de contr. inter vasall. & al. de benefic gloss. in d. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.* Arbitrarius autem iudex non est, nisi ex compromisso, seu voluntate partium. *Wesembec. d. c. 17. n. 6. in fin.* quod tamen alii, veluti *Innocent. Hostiens. Zabarella.* negant, quos recenset & refutat *Schrad. d. sect. 6. n. 189. & seqq.* Vtique igitur super re feudali sine interueniente domini consensu compromitti potest. *Aluarot. & Schenck. in d. c. 1. §. si autem inter deleg. corrad. Curt. d. p. 7. num. 38. Caccialup. d. c. ult. n. 7. Zas. p. 9. n. 20. Moz. de nat. feud. n. 75. Vult. d. c. 2. n. 3. Eberhard. a Middelb. in loc. legal. de feud. ad emphyt. n. 32.* qui argumentum ducit a similitudine & identitate naturæ feudi & emphyteuseos. *d. loc. num. 1. cum seqq.* [Struv. *d. l. th. 8. n. 1.* Prolixè de hac materia, tum quando Arbitris locus, tum qualis coram arbitro processus instituendus, egit *Dn. Parens Spec. Dissert. de Arbitro feudali, hic Hale anno 1694. habita. Add. Itterus de feud. Imp. c. 25. §. 22. 23. Vbi & §. 21. de Austregis agit, quatenus de feudis Imperialibus cognoscere possint. vide supra Disp. 9. th. 2. lit. f.*] *Dissent. Laudens. in d. c. 1. de inuest. in mar. fact. Borcholt. de feud. c. 8. n. 45. Ias. in l. fin. n. 119. C. de iur. emphyt. Tiraquell. in lib. de iur. mar. gl. 5. n. 202. cum seqq. Alex. consil. 1. n. 44. lib. 5. Socin. iun. cons. 77. n. 76. vol. 1. Menoch. cons. 7. n. 239. vol. 1. & post hos omnes Schrad. d. sect. 1. n. 166. & 199. Rosent. c. 9. concl. 22. n. 2.* Tentari tamen posset, ut non inconcinne opinio horum diuersa concilietur, hoc modo, ut dicamus, eo casu in arbitrum compromitti non posse, quo iurisdictio ordinaria, maxime vero domini, locum sibi vindicet: posse autem, quoties alioquin ad iudicem loci cognitio defertur. Succedit alia quæstio, num iurisdictio alterius magistratus in causis feudalibus prorogari possit, ita ut ex ista prorogatione ipse absque domini consensu competens fiat? Non dicimus, *d. c. cæterum, verb. inbibemus. extr. de iudic. l. non dubium. C. de legib. d. c. ex transmissa, extr. de for. compet.* Vti nec clerico iurisditionem laici sine consensu superioris prorogare concessum est. *Gail. 1. obs. 37. num. 1. & obs. 40. num. 7. Abb. Innoc. Dec. in d. c. cæte-*

Disputatio Feudalis XIV

rum. Curt. p. 7. num. 9. Clar. in tr. feud. qu. 90. Menoch. de retin. 3. num. 403. Schrad. d. sect. 1. num. 136. cum multis seqq. Borcholt. d. c. 10. num. 17. Duar. d. c. 20. in fin. Ros. d. conclus. 1. n. 43. cum seqq. & conclus. 5. n. 27. Gail. d. obs. 40. num. 6. Aliud tamen sentimus de iurisdictione domini & parium. Hæc enim cum ordinaria sit in causis feudalibus prorogari posse, clari iuris est, per l. 1. & 2. ff. de iudic. vbi interpp. Felin. Dec. & alii in d. c. ceterum. Curt. p. 7. qu. 8. num. 28. Vult. in tr. de iurisd. ad l. 1. num. 137. Schrad. d. sect. 3. n. 95. Quid an etiam in causis non feudalibus? Id communiter Dd. negant, [Et recte quidem, prorogatio enim iurisdictionis requirit causas eiusdem naturæ arg. l. 61. ff. de iudic. Ut ita Autoris sententia non mereatur applausum. Struv. d. l. th. 8. n. 2. conf. Disp. seq. th. 3. lit. d.] nobis tamen affirmatiua magis placet, ex Cuiac. in tr. 7. ad Afric. in pr. & Gothofr. in d. l. 2. sub lit. l. ff. de iud. hypothesi & Vult. sententia in explicatione d. l. 1. C. de iurisd. num. 104. cum seqq. nisi causa a feudalibus in summa & generali qualitate discrepet, veluti si est criminalis, Vult. d. loc. num. 108. Donell. 17. comm. 10. vbi etiam dissentientes, eorumque argumenta & rationes videre licet.

c) Veluti si actio de feudo promissa instituat. Reuera enim actionem de feudo institui dici non potest, cum feudum promissione non constituitur, sed per inuestituram, c. 1. quib. mod. feud. constit. Schrad. d. sect. 6. num. 167. Rosenth. d. conclus. 4. n. 1. & seqq. [Conf. Schultz. in Syn. c. ult. num. 42.] Sic si actio inter dominum & vasallum sit criminaliter intentata. Innoc. & Dec. in d. c. ceterum. Schrad. d. sect. 6. n. 30. Vult. d. c. 2. in fin. Si dominus nullos pares curiæ habeat, vel numerus ad iudicandum non sit sufficiens, d. c. 1. de contr. feud. apud par. term. [Ludw. p. 408.] Quod si tamen respectu istius curiæ, sub qua vasallus est, dominus pares non habeat ad iudicandum idoneos, habeat nihilominus in curiis aliis, tum ex vicinia pares sumendi sunt, nec ad ordinarium loci vel arbitrum proceditur. Schrad. sect. 7. n. 25. & 33. Rosent. concl. 7. n. 3. & seqq. Diss. Hsern. in d. c. 1. n. 1. in fin. de contr. apud par. term. & Afflict. sibi contrarius, ibid. n. 2. Si pares curiæ suspecti ex rationabili aliqua causa arguantur: idque summa æquitatis ratio postulat, & iuri Canonico, tum etiam moribus consonum est, c. 30. de off. deleg. c. 4. de for. compet. Iure ciuili idem etiam receptum esse testatur Treutler. 1. Dis. 12. th. 11. in fin. Donell. 17. comm. 25. in fin. Cuiac. 9. obser. 23. (quanquam fortasse hoc iure ordinarium recusari non posse, verius sit, per Nov. 86. c. 2. auth. si vero contigerit. C. de iudic. Bart. ad l. 16. C. de iudic. num. 1. Sichard. ibi. n. 6. & Ias. n. 4. Gail. 1. obs. 33. Myns. 2. obs. 52.) & in terminis nostris id probat Vult. d. c. 2. num. 33. Borcholt. d. c. 10. n. 11, & Rosenth. d. loc. Schrad. sect. 6. num.

num. 200. Wurmbf. d. obs. 21 num. 7. Diff. Beluis. in §. fin. d. c. 1. de inv. in mar. fact. Aluarot. num. 1. in fin. ib. Afflict. n. 11. Schenck. n. 5. & seqq. Zas. p. II. n. 25. Moz. de nat. feud. n. 114. Menoch. rem recup. 3. n. 391. cum seqq. Gail. l. 1. obs. 1. in fin. Si pares iudices in illa controuersia testes sunt producendi, [sic enim testes & iudices simul esse non possunt Ludwel. d. p. 408.] & quidem vel omnes, vel tot, vt reliquus numerus non sufficiat, veluti si vnus tantum superest. Borch. d. c. 10. num. 12. & 13. Vult. d. c. 2. num. 36. Schrad. d. sect. 6. n. 213. Rosenth. d. concl. 4. n. 5. 6. & 7.

VI.

Aliquando etiam euenit, vt neque domino tantum, neque paribus curiæ tantum, neque etiam superiori loci cognitio fit, sed causa sit coram domino & paribus simul peragenda & tractanda.

Vt est casus, si vterque contendat feudum esse antiquum, & ad se pertinere, neque constet vtrumque esse vasallum, ex re controuersa, vel etiam aliunde. d. c. 1. de inuest. in mar. fact. Zas. d. p. II. n. 8. Curt. d. p. 7. n. 6. Vult. d. c. 2. n. 17. Wesemb. d. c. 17. n. 4. Rosenth. d. concl. 2. num. 17. Et in summa: quoties casus occurrit, vt dubitetur, vtrum ad dominum, an vero ad pares curiæ cognitio pertineat, & tamen certum sit ad alterutram partem eam pertinere, Vult. & Wesemb. dd. II. adde Gothofr. in not. ad d. c. 1. de inv. in mar. fact. lit. b.

VII.

Iudex appellationis, si a Domino, aut paribus curiæ illa fiat, est proximus superior feudi iudex *a*, qui si non sit, ad ordinarium, seu superiorem loci prouocatio dirigitur *b*.

a) Vt in subinfeudatione, quæ vsu receptissima, & non tantum vasallo, sed & subvasallo in infinitum vsque permixta est, d. c. 1. §. similiter de lege Corr. Vult. 1. feud. 10. n. 80. videre est. Nam inter subinfeudatos vasalli dominus intermedius, non superior, a quo feudum vt primo habet, cognoscit: nisi sane per viam appellationis ad hunc causa deuoluatur, Vult. d. c. 2. n. II. Curt. p. 4. n. 83. cum appellatio quæuis gradatim fieri debeat, l. Imperatores, 21. in pr. & §. 1. ff. de appell. Nov. 17. c. 3. ab inferiore ad superiorem in proximo ordine, c. dilecti, 66. extr. eod. Wesembec. in par. de appellat. num. 9. non contra a maiori ad minorem. Tr. de appell. thes. 1. lit. d. neque a pari ad parem. Nouell. 23. §. illo, vbi Cuiac. [Struv. d. c. vlt. th. 9. n. 1.] Nec vlla siue iudicium, siue litigantium personarum dignitas illud mutare potest. Dec. in d. c. ceterum, n. 20. Abb. in c. verum. de for. compet. & faciunt ea, quæ supr. th. 1. lit. e. relata sunt.

b) textus est expressus, & sedes huius materiae ordinaria, *in c. 1. §. fin. quo temp. mil. inv. pet. debeat*, Blanch. *d. c. 1. n. 154.* Dec. & alii *in d. c. ceterum* Bart. *in l. si quando. C. de appell. Vult. d. c. 3. n. 4.*

VIII.

Cognito iudice, videndum de litigantibus *a.* Personae autem litigantes in feudali iudicio sunt actor & reus feudali qualitate praediti *b,* siue foeminae sint *c,* siue masculi, filii familias *d* vel emancipati, dummodo legibus expresse non inveniuntur prohibiti *c.*

a) Principalibus scilicet, nam de minus principalibus seu accessoriis agitur in th. seq. quibus accensendos putamus etiam eos, qui pro suo interesse interueniunt, siue ipsi per se ius suum deducant, siue alterutri partium litigantium principali assistant, Vult. *2. F. 2. in princ.* Schrad. *p. 10. sect. 17. n. 5. & seqq.* Diff. Bald. *in auth. hodie, n. 9. C. de appellation.* vide tamen Bernh. Graeuæum *1. pract. conclus. 71. n. 2. 6. 7.*

b) Quales sunt dominus feudi, & sub vno eodemque domino constituti vasalli, Schrad. *d. p. 10. sect. 17. n. II.*

c) *l. 4. C. de proc. l. 4. l. 12. l. 14. C. qui accus. poss. vel non.* In foro tamen Saxonico mulier sine curatore in litem dato versari nequit, Landr. *lib. 1. art. 46. ibi gl. & lib. 2. art. 30. gloss. Weichb. lib. 3. art. 26. gloss. Lehn. art. 68. verb. Als der Herr. s. Jedoch solt ihr wissen.* Schrad. *d. sect. 17. n. 24.*

d) Ita de quolibet feudo, cuius vsusfructus putri non acquiritur, tradit Schrad. *d. sect. 17. a n. 38. vsq. ad num. 62.* eumque secutus Ioan. Schoner. *lib. 2. disp. feud. c. 2. num. 84.* Sed verior esse videtur illorum sententia, qui existimant filium familias sine consensu patris in iudicio stare non posse, etiam si quaestio sit de feudo, cuius vsusfructus ad patrem non pertinet, *l. fin. in princ. vers. necessitate. C. de bon. que lib.* Sigism. Neapol. *cons. 10. num. 18.* excepto castrensi aut quasi castrensi, in quo filius familias pro patre familias habetur. *l. 4. §. 1. ff. de castrens. pecul. & de tali feudo accipiendus videtur Franc. Marc. in decis. 69. n. 6. part. 1. & decis. 351. n. 4. p. 2.*

e) Ex quibus est minor viginti quinque annis. Is enim sine curatore personam legitimam in iudicio standi non habet, *l. 2. C. qui legitim. person. standi in iudic. hab. l. 4. C. de auctorit. prestand.* Ernest. Cothman. *late in cons. 35. num. 13. & seqq.* Iure tamen Saxonico vigesimum primum annum sufficit excessisse. Lehn. *c. 26. in pr. Landr. art. 42. vers. vber 21.* Fachf. *diff. 9. iuris civ. & Saxon. Reinhard. diff. 5. (alias est 47.) p. 2.* Vbi elegans occur-

occurrit quæstio: an nouella constitutio Saxoniae, *quæ extat p. 1. c. 27.* de ser-
uando in causis feudalibus processu iuris communis, ad legitimationem quo-
que personarum pertineat, ita vt nemo ante vigesimum quintum ætatis an-
num completum sine curatore, mulier autem etiam absq; eo possit in iu-
dicio versari? Quod recte negat Schrad. *d. q. 17. num. 20. cum. multis seq.*
Cuius sententiam amplectitur Dan. Mollerus *ad. d. c. 27. nu. 10. & seqq.*

IX.

Sed hæc de personis principalibus, hoc est, sine qui-
bus nullum omnino iudicium, nedum feudale, consistere
potest *a*: Sunt & aliæ quæ non ita necessariæ sunt, & propterea
accessoriæ *b* appellantur; vt sunt assessores *c*, commissarii *d*:
item procuratores *e*, & similes *f*.

a) *c. forus. extr. de verbor. signif. c. 1. 4. q. 4.* Vult. *lib. 2. Iurisp. Rom.*
1. num. 4. Io. Bernh. Muscat. *in aur. prax. ciu. p. 1. gl. contendere, num. 22. &*
p. 2. gl. competentes, num. 4. Hinc quidam in genere iudicium describunt, a-
ctum legitimum, trium personarum in iudicio contententium, quos refert
& refellit Marant. *in aur. spec. p. 2. in pr. num. 3.* Diss. a thesi nostra Schrader.
in præamb. d. p. 10. n. 5. asserens iudicium interdum sine actore, interdum et-
iam sine, eo constare.

b) Siue alio nomine eas vocites personas minus principales, perinde
est. Vt enim hæc non sint, iudicium tamen esse potest, quamuis non satis
commode expediri queat. Vult. *d. c. 1. Iurisp. Rom. n. 45.*

c) Qui consultandi tantum gratia accedunt, *l. 5. ff. de off. ass. l. 3. l. 7. l.*
10. & tot. t. C. eod. neque iurisdictionem vllam habent, *l. 2. C. eod.* Iudices igi-
tur ipsi non sunt. Cuiac. *in par. C. de assess. domest. & cancell. iud.* Bart. &
vulgo Dd. *in l. 1. ff. de off. assess. Dec. consil. 8. num. 2. Ros. concl. 9. n. 6.*

d) *L. iudices, 12. C. de fid. instrum. c. 1. de testib. cog. c. 2. de iudic. lib. 6.*
cl. 1. de off. & potest. iud. deleg. Myns. 3. obs. 40. Schrad. d. sect. 4. n. 1. & seq. &
sect. 16. n. 68. Rosent. d. concl. 9. n. 10. Diss. Schrad. sibi contrarius, *2. p. partis 9.*
sect. 13. n. 171. cum aliis, qui examen testium in causis feudalibus non esse
committendum statuunt.

e) Sed anne hi speciali mandato opus habent ad hoc, vr legitimi in
causis feudalibus censeantur? Non placet, Rosenth. *concl. 10. n. 76.* Diss. Io.
Bapt. Asin. *in prax. sua in pr. c. 6. n. 2.* Schrad. *d. p. 10. sect. 18. n. 118. in fin. & n.*
seq. Schon. d. Disp. 2. th. 112. & seq.

f) Vt sunt scriba iudicii, nuncius, siue pedellus eiusdem, &c. quibus sa-
larium,

larium, nisi aliunde ipsis deputatum sit, sumptu communi litigantium competens erit decerendum. Schrad. *d. p. 10. sect. 16. n. 40.* Idem iudicium de iudicibus esto. Rosent. *d. concl. 9. in fin.*

X.

Coronidis loco duas subiicio quæstiones. I. Si controversia oboriatur inter agnatos de successione plurium feudorum, quæ a diuersis Imperii Principibus dependent, & in diuersis sita sunt territoriis, an ob causæ connexitatem Camera Imperialis recta adiri possit? Neg. a. II. Quid faciendum, si Princeps ad instantiam vasalli, actionem aduersus ipsum intentare volentis, pares curiæ nominare nolit? Existimo causam ex capite denegatæ iustitiæ ad Cameram devolui posse b.

a) Schrader. *de feud. p. 10. sect. 4. a num. 69. vsq; ad n. 78.* Io. Schoner. *lib. 2. feud. disp. c. 2. n. 14.* Wesembec. *conf. 41. a n. 45. vsq; ad num. 54. qu. 3.* atque ita aliquoties iudicavit Camera Imperialis, vt in causa *Hörde* contra *Hörde*/in causa *Hörde* contra *Hurff.* & in aliis nonnullis. vide Rosenth. *de feud. c. 12. qu. 1. a n. 82. vsq; ad n. 91.* vbi tamen de æquitate huius opinionis subdubitat. Dissentire quoque videtur Niell. *disp. feud. 10. conclus. 3. lit. e.* confer. decis. & præiud. Camer. *anno 1601.* a Schonwet. *ed. §. feudum, vers. iurisdictio Camera. f. 137.* Petr. Frid. *de contin. caus. lib. 3. c. 3. n. 8.* [Appellatio tamen super feudis mediatis recipitur Blum. *Proc. Cam. tit. 41. n. 8.*]

b) Vultei. *ad l. fin. num. 20. C. vbi in rem act. exerc. deb. Ros. d. c. 12. qu. 8. n. 26. & 27.* & tali casu ante paucos annos processus decreti sunt in causa *Hörde* contra Episcopum Paderbornensem, adde Ordin. Cam. Imperial. *p. 2. tit. 2. §. fin. & tit. 4. §. dieselben in fin.* Frider. *de processib. in Camer. extrab. libr. 1. c. 19. n. 6.* [In minoribus etiam & non regalibus feudis Cameram iudicare posse, cum pluribus aliis statuit Iterus *c. 25. §. 7.* Dn. de Rhez. *in comment. ad proæm. feud. p. 11. & 22.*]



ULB Halle
003 611 06X

3



sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1699 1600

2. s.
ANTONII, IC.
VDALIS XIV.

NIS IV.
VDALIS, 12

Iure Publico,
ustris Dn. de RHEZ
RIDERICIANA,
D E

STRYKIO
Publ. Ordinario,

M DC XCIX
publicæ submittit
MANNVS Meyer/

BURGICAE,
Æ ZEITLERI, AC, TYP.

